Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift

et reuelabit condensa: et in templo eius omnis di
cit gloriam. Dominus diluuium inhabitare facit:
et sedebit dominus rex in eternum. Dominus virtutem populo
suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace. ps 29
Exaltabo te domine quoniam suscepisti me:
nec delectasti inimicos meos super me. Do
mine deus meus clamauit ad te: et sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno animam meam: sal
uasti me a descendentibus in lacum. Psallite do
mino sancti eius: et confitemini memorie sanctitatis
eius. Quoniam ira in indignatione eius: et vi
ta in voluntate eius. Ad vesperum demorabi
tur fletus: et ad matutinum letitia. Ego autem
dixi in habundantia mea: non mouebor in
eternum. Domine in voluntate tua: prestitisti de
cori meo virtutem. Auertisti faciem tuam a me:
et factus sum conturbatus. Ad te domine clama
bo: et ad deum meum deprecabor. Que utili
tas in sanguine meo: dum descendo in co